



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Hypocrita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A etiam apud Philostratum asertum comperi: qui abstemium scribit ita reddi puerum, ut donec vixerit vini odio teneatur, si priusquam ullum vini gustum noverit, Nocturna ova leviter cocta, illi forbilanda propinentur: vini enim odium inde suboriri, quia temperantior hinc fiat naturalis calor.

PATROCINIUM FRUSTRUM IMPLORATUM.

CAP. XXII.

Adit his Horus, ut si hominem ad alicujus misericordiam, patrocini vel salutis causa eventu irritato confugientem, significare vellet, Passerem & Noctuam soliti essent figurare: siquidem ille, vel alia quapiam avicula, ubi aucupis infestas artes declinare studuerit, ad Noctuam confugiat, cujus patrocinio speret se periculum evitare posse: sed enim ibidem intercipiuntur, ubi sibi per fugium adesse propofuerant.

Lib. s. c. c.

TYRANNUS. CAP. XXXIII.

Hujus quodammodo generis est Nycticorax, qui tyrannidem significat, ob occultationem scilicet consiliorum, quae dissimulare potentiores pro magno habent negotio. Huic significato Callimachus ansam dedit, qui tyrannos loqui veluti *καὶ πτερος* ait, *καὶ πτερος* vero *οὐκ ἐκ τῆς οὐραίας* dicti, quasi *καὶ πτερος* quod scilicet eorum sermones nocturni plurimi sint, & in arcanis habeantur, uti Nycticoraces noctu plurimum obstrepunt. Et quoniam ales haec mihi inter lucubrandum obstrepuit minime praetereunda fuit, ut omnem ejus eluderemus.



Hoc est corpus nocturnus, Suidas. Nocturnus est vix simulans ovis nocturnus inquit vocatur. Nycticorax habitas domos fugiens desertas incolit. Noctua edi prohibita.

HYPOCRITA. CAP. XXIV.

Am Divinae literae inferri mensis non permittunt, quodam hominum genus hieroglyphicum inventus, qui palam strepitum nullum, tumultum nullum, insidias nullas movent, sed hypocrita tristes, omnes mansuetudinis, modestiae, benignitatisque colorem praeseferunt, clam vero fornicationes, immunditias, crapulas, ebrietates, & multa humani generis opprobria confectantur: latet enim interdum Nycticorax, noctu vero prodit ad infausta negotia, deque culminibus aedium lethalia quaeque meditatur, & invisum quiescentibus tumultum excitat inauspicatissima.

CHRISTI HUMILITAS. CAP. XXV.

Eadem vero causa qua Christi humilitate agnoscimus in humana forma suscipienda, quem scilicet, modo Vermen, modo Scarabeum, modo quid ejusmodi aliud in Divinis literis appellatum comperimus, Nycticoracem quoque nuncupatum Theologi veteres observare, & ipsum inquam, & unumquemque ex iis, qui eum tempore hallucinationis sectabantur: nempe quod tam Christus, quam Christiani, despectui ludibrioque fuerint apud Gentes. Unde Paulus: Nos Christum predicamus crucifixum, Gentibus quidem stultitiam, Judaeis scandalum. Eoque spectare ajunt Psalmi dictum: Factus sum sicut Nycticorax in domicilio; de quo apud Eucherium. Sunt qui noctuam & Nycticoracem eandem alitem putent, & qui hanc Bubonem esse contendunt: neque tamen desunt, qui Orientalem esse avem autument, nostris parum cognitam, apud quos nominis tantum interpretatio manifestata sit, nocturnus quippe Corvus.

Christus est Christiani Nycticoraces dicti.

Psalm. 102.

DE CORNICE. CAP. XXVI.

CORNICEM ea potissimum de causa noctua subjunximus, ut qui summam ex utraque discordiam intelligi ostenderamus, ex altera tantum, quippe Cornice concordiam significari comprobemus: si tamen cur Martem & Venerem per Cornices duas Aegyptii significarent, ostendi prius curaverimus. Ex alitis huius factu duo tantum ova oriri compertum est, inde autem & marem & foeminae.

Auctore Ovid. lib. 1. Melan. Mars & Venus per duas Cornices.

Hh 3

nam